

Seipso deficiat, & deficiendo malum efficiat. Deinde Deus conservat existentiam & vires creaturatum directe: & quia peccatum est in creaturâ, indirecte illud cadit sub conservationem Dei. Quò pertinet illad πολυθρύηντον: Malum est in bono. Tertiò Deus gubernat perficiendo, præcipiendo, & permittendo. Perficiendo, inquam, & præcipiendo non nisi bona: permitendo, cum bona, tum mala. Denique Deus ordinat bona & mala, constituendo finem, disponendo media ad finem, & disposita dirigendo.

V. *Posito decreto providentie tollitur casus & fortuna.* Hæc enim sunt opposita. Sed respectu nostri casus locum habet in rebus, quæ fiunt. 1. Sam. 1. 6. 1. Reg. 21. 34.

V I. *Posito decretoprovidentia non statim tolluntur media.* Nam providentia Dei est mediata vel immediata.

## C A P U T V I I I.

### *De decreto prædestinationis.*

I. **A** *Decreto providentie ad decretū prædestinationis non licet argumētari quantum ad statum hominis.* Nam ibi consideratur homo quantum ad statum naturalem & animalē, hinc quantum ad supernaturā-

B 4

lem.